

mittitur ad roborandam eorum aciem. Bibitur autem & ad cordis affectus, & animi merores. Argentum vivum quod Latine Nomina, *ὀψοργύον* & Græcis nominatur, Mauritani. Zaihar seu Zaiach: Italis, Argento vivo: Germanis, Quecksilber: Hispanis Azogue. Aurum verò Latinis, χρυσός Græcè dicitur. Germanicè, Goldt: Italicè & Hispanice Oro.

Μίλτ & σινωπική,

RUBRICA SINOPICA.

CAP. LXXI.

Rubrica Sinopis maximè probatur gravis, densa, ad jecinoris imaginem vergens, calculorum expers, concolor, cum diluitur, impendit fulis. Effoditur in Cappadocia, speluncis quibusdam expurgataque defertur in Sinopem urbem, in qua venditur: unde cognomentum accepit. Vim habet exiccatoriam, quasi inducendo obstruentem & adstrictoriam: quapropter vulnerariis emplastris, & pastillis exiccantibus, & adstrictoriis commisceri solet. Alvum sistit, in ovo sumpta aut clystere infusa: datur jecinoris vitio laborantibus.

Hodie profectò neminem invenio, qui doceat, & explicet, quæ nobis legitima sit Rubrica Sinopica. Sed quantum ego conicere potui (et si id pro certo asserere non ausim) nullum è fossilium genere occurrere, quod magis Sinopicam rubricam nobis representet, quam vulgarissimus bolus Armenius vocatus, is nimirum, qui in quadratas defertur massas, quique maximè vulnerariis medicis expetit ad sanguinis profluvium cohibendum, & fracta ossa ferruminanda. Hæc rubrica (ut Georgius Agricola maximus fossilium indagator inquit) etsi jamdudum ex Sinope Cappadocia urbe, unde nomen invenit, tantum importabatur, constat tamen alibi etiam reperiri, non modò in propriis venis, sed in aurariis, argentariis, avariis, ferrariisq; metallis. Hinc omnino mihi opinionem illud auxit, quòd cerò sciam plurimum pseudoboli Armenii ex ferrariis illæ Tyrrheni insulae fodinis ad nos quotidie convehi: quòd deinde colore sit jecinoris, pondere gravis, substantia densus: quòd etiam in aquam coniectus faciliè dissiliat, quòd deniq; sua vi exiccet, adstringat, & cogat. Hæc enim gleba, cum verus bolus Armenius non sit, nil aliud (meo iudicio) esse poterit, quam rubrica Sinopica, quanquam à Sinope non deferatur. Ceterum non desunt, qui firmiter asserere audeant Armenium bolum, quem vulgo orientalem appellamus, Sinopicam esse rubricam, sed y proculdubio hallucinantur. Plura enim sunt, quæ palam faciunt, hos manifestò decipi, & in errore versari. Siquidem ubi primum color expendatur, is sanè jecinoris non est, sed longè rubicundior. Præterea qui scribant Sinopicam rubricam esse pinguem, & in ore decerentam butyri instar liquefcere habeo profectò neminem. Deinde si vires expendamus, nusquam reperio scripsisse Dioscoridem aut Galenum Sinopicam rubricam viribus esse præditam, quibus venenis & animalium venenosorum moribus occurrere possit, quemadmodum Armenius bolus orientalis. Siquidem is omnium probatissimorum medicorum consensu, qui passim eo utuntur, non solum venenis adversatur, sed pestiferis quibuscumq; morbis. Adde quòd aqua maceratum haud faciliè dissolvatur. Sed plura de his (Deo volente) in secundo epistolarum nostrarum tomo differemus. Species Sinopidis (ut Plinius est auctor libro 35. cap. 6.) tres, rubra, & minus rubens, & inter has media, quæ sanè differentia visuntur pariter in vulgari Armenico bolo. Porro Manardus Ferrariensis libro tertio epistola quarta, Sinopica rubrica meminit, quæ albo sit colore. Sed in hoc virum alioqui celebrem, mirari subit, quòd non animadvertit non posse albam quamvis terræ glebam Rubricam appellari. Rubrica quæ Græcis μίλτ & σινωπική, Latinis pariter ac Italis Rubrica Sinopica vocatur: Arabibus, Mogar sive Magra: Hispanis, Almagra.

Rubricæ Sinopicæ confid.

Armenius bolus non est Sinopica rubrica.

Manardi lapsus albam dicentis rubricam.

Μίλτ & τεττονική,

RUBRICA FABRILIS.

CAP. LXXII.

Rubrica fabrilis ad omnia Sinopide inferior est. Optima Ægyptia, & Carthaginensis, lapidum expers, friabilis. Gignitur etiam in Iberia, quæ ad occidentem spectat, ochra exulta, & degenerante in rubricam.

Rubricam hanc ideo fabrillem appellavere veteres, quòd ea plerumq; uterentur materiarii fabri ad lineas protrahendas insectis in ea funiculis. Nasci fabrillem rubricam in Lemno memoria prodidit Galenus, cum libro nono simplicium medicamentorum, tum etiam primo de antidotis, sed à Lemnia sphaeragide plurimum differre. Verum an communis usus rubrica, quæ vulgò Italis propriè dicitur Terra rossa, ea sit fabrilis rubrica, de qua hic meminit Dioscorides, cur pro certo asserere non habeo. Quæ Græcè μίλτ & τεττονική, Rubrica fabrilis Latine dicitur: Arabibus, qui nullam faciunt differentiam inter hanc & Sinopicam, Mogar & Magra: Italis, Rubrica fabrilis: Germanis, Rötelstein.

Rubricæ fabrilis confid.

Nomina.

50

Λεμνία γῆ,

LEMNIA TERRA.

CAP. LXXIII.

Lemnia terra cuniculosa in specu nata, è Lemno insula, palustri loco defertur, inibi electa & caprino sanguini permista, quam incolæ cogunt in pastillos, & imagine capræ signant: unde & sphaeragida ægios, hoc est, sigillum capræ appellavere. Vim antidoti habet contra perniciofa venena singularem: pota cum vino, & præsumpta evomi venena cogit. Contra ictus morsusque animalium, quæ exitiale virus ejaculantur, prodest. Antidotis familiaris. Sunt qui hanc ad sacrificia utantur: est & dyfenterie utilis.

Lemnia terra amplam in Italiam notitiam suo tempore attulit Galenus medicamentorum omnium diligentissimus inquisitor: quippe qui, ut hac sincerissima tandem potiretur, atq; ut omnem impostorum fraudem detegeret, qui eam adulteratam vendebant, bis in Lemnum insulam navigavit, ut ejus verba testantur lib. 9. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit: At alia sunt terræ differentia ex diversi generis corporum natæ a commistione, quæ ratione lapidosa, & arenosa habentur: atq; admistam talium substantiam segregant largæ aquæ effusione ac maceratione, dum humidum efficiatur. Cum enim id effectum est, id quod defertur, atq; inest lapidosum, atq; arenosum, id omne subsidit, & terra exacta supernat. Tale quiddam & in Lemnia terra visitur, quam cognominant quidam miltion Lemniam, id est, rubricam Lemniam, & alii quidam sphaeragida Lemniam, hoc est, sigillum Lemnium, sphaeragide videlicet illi sigillum Dianæ sacrum. Siquidem hanc terram sacerdos cum patrio quodam honore sumens, haud mactatis animalibus, sed tritico, atq; bordeo piamenti gratia loco redditus, in urbem comportat, quam deinde aqua maceratam, atq; in lutum humidum red-

Lemnise terræ hinc ex Galeno.

kkkk 2,

Etam,

Etiam, ubi valenter conturbavit, paulumq; inde quiescere sivit, primum aquam, qua supernatata aufert, & mox quod sub ea est lutum tollit, ac reliquum duntaxat, quod ad imum subsedit, lapidosum scilicet, & arenosum relinquit, ut inutile, ac supervacaneum. Porro lutum illud pingue usq; eo desiccatur, dum mollis cera consistentiam accipiat: huiusq; exiguis acceptis particulis, sacrum Diana signum imprimit. Ac postea rursus in umbra siccandum reponit, donec omnem planè humiditatem amittat, fiatq; illud medicus omnibus cognitum medicamen Lemnia sphaeragida, sive sigillum. Sic enim quidam illam cognominant, ut dixi, ob impressam sphaeragida, hoc est, sigillum, ceteri etiam nonnulli ob colorem Lemniam milton sive rubricam appellant: eundem enim, quem rubrica, colorem habet. Verum ab ea differt, quod contactu non contamineat atq; illa: & secundum collem in Lemno, qui totus colore fulvo est, & in quo neq; arbor, neq; saxum, neq; planta nascitur, tantum huiusmodi terra visitur. Porro tres ejus signantur differentia: una quam posuimus terra sacra, quam alii nemini prater unam sacerdotem contingere fas est: altera verò ejus, quae revera milton est, sive rubrica, utuntur autem ea potissimum fabri: demum tertia ejus, quae extergit, qua utuntur, qui lintea, & vestes lavant, quibus uti collibitum est. Ceterum cum & apud Dioscoridem, & alios quosdam scriptum legissem, Lemnia terra hircinum misceri sanguinem, atq; ex luto, quod ea mitione conficiebatur sacerdotem quas vocant Lemnias sphaeragidas tum conformare, tum consignare, cupiebam profectò & ipse mitionis modum inspicere, atq; symmetriam. Itaq; quemadmodum in Cyprum navigaveram videndum, quae in ea sunt, metallorum gratia, & in cavam Syriam Palaestina partem profectus fueram, bituminis & aliorum quorundam inspiciendorum causa, ita nec in Lemnum enavigare piguit, ut quantum sanguinis terra admisceretur, conspicerem. Nam cum iterum ex Asia Romam pedestri peterem itinere, per Thraciam, & Macedoniam, prius à Troade Alexandria in Lemnum adnavigavi, nativus illic navem, quae ad Thessalonicam cursum destinabat. Conveniebam autem cum nauclero, ut in cursu Lemno appelleret: & sanè ille praestitit, sed non ad eam civitatem, ad quam oportebat. Antea enim nesciveram duas esse in insula civitates, sed credebam, ut Samus, Chius, Cos, Andrus, Tenus, & omnes adeo, quae in Aegeo sunt mari, unam duntaxat civitatem habent, toti insulae cognominem, ita & Lemnum unam nominis sui habere civitatem. Porro ut ex navi descenderam, intellexi civitati nomen esse Myrine, nec in regione civitatis illius aut Philocteris templum esse aut sacrum Neptuni collem, sed in altera, quae vocatur Hephestias, nec civitatem eam Myrina esse propinquam. Cumque me nauclerus expectare non posset, distuli, ut cum Roma in Asiam redirem, tunc Hephestiada viserem: id quod feci, prout speraveram, & proposueram. Nam ubi ex Italia in Macedoniam trajecissem, eamq; penè totam pedestri itinere pertransissem, pervenissemq; Philippis, quae civitas est finitima Thracia, inde ad mare descendit, quod proximum aberat centum viginti stadiis: primumq; Thason transivisti, distantem plus minus ducentis stadiis, atq; illinc in Lemnum septingentis, ac rursus ferme septingentis in Alexandria Troada trajeci. Ac proinde sanè ex industria tum de navigatione, tum de stadiis adscripsi, ut si quem eadem, quae me caperet Hephestiada visendi cupiditas, cognito ejus situ, sic navigationem institueret. In tota namq; insula Lemno orientem spectat Hephestias, occidentem verò Myrina. Et quod à Poeta dictum de Vulcano est, qui Graecè dicitur Hephestus, decidit in Lemnum, propter collis naturam occasionem sumpsisse fabula crediderim. Apparet enim combusto simillimus, tum colore ipso, tum etiam quia in eo nihil nascitur. In hunc itaq; collem sacerdos, quo tempore ego ad insulam accesseram, egressa, certo quodam tritici, hordei, numero in terram coniecit, aliisq; quibusdam pro religione patriae perpetratis, plaustrum totum terra implevit. Atq; ubi in urbem convenisset, quo dixi modo, illas fama hominum adeo celebratas Lemnias sphaeragidas preparabat. Visum ergo mihi erat percontari, nunquid unquam antea hircinum, aut caprinum sanguinem huic terra misceri solitum, memoria proditum accepisset. Quo audito, omnes in risum soluti sunt, nec hanc sanè quivis ex vulgo, sed viri oppidò quam eruditi, cum in aliis, tum praecipue in universa patria historia. Quin & à quodam librum accepi ab incolarum quopiam descriptum, qui omnem Lemniae terra usum edocebat. Quamobrem nec me quog; piguit huius medicamenti periculum facere, acceptis sphaeragidum viginti millibus. Sed & is, a quo librum dono accepi, inter principes habitus, ad multa hoc utebatur medicamine: siquidem ad vulnera tum vetera, tum cicatrici inducenda contumacia: ad haec ad morsus viperae, atq; adeo omnes ferarum morsus, necnon adversus medicamenta lethalia, non ante modò exhibere, sed & post sphaeragide uti consueverat. Addebat porro sese periculum fecisse medicamenti, quod quia fructum juniperi acceperat, aut & ror agnovit nuncupatur, cui utiq; indebatur & terra Lemnia: vomitumq; eiecit aiebat, siquis, cum etiamnum in ventre lethale venenum haberet, alexiterium sive amuletum ebibisset. Et sanè nos quog; huius fecimus periculum in lepore marino, & cantharidibus, cum sese tale quippiam accepisse homines suspicarentur: verum hausto, quod Lemniam sphaeragida habebat, medicamento, protinus omne evomuerunt, nec postea ullum illis accidit symptoma eorum, quae leporem, & cantharides comitari consueverunt: tamen si convicta esset perniciosorum medicaminum exhibitio. Ceterum an ad alia mortifera medicamenta, hac inquam, quae vocant deletaria, eandem vim habeat medicamentum, quod ex fructu juniperi, & terra Lemnia conficitur, mihi utique ignotum est. At ille ab Hephestiade profectò assererat, adeo ut & rabientis canis morsum eam sanare diceret in vino diluto epotam: at ulcere ex aceto impensè acri impositam. Sed & aliarum ferarum ictus, ex aceto sanare referebat, extrinsecus solius herbarum insuper impositis, quae putredini resistere didicimus. In primis verò predicabat scordium, deinde centaurium exile, inde marrubium. Porro si quando nos sanè ad ulcera cacoethe, & putrida terram Lemniam adhibuimus, magnificè profuit. Usus autem est pro pravitate ulceris magnitudine. Quippe id, quod graviter olet, impenditq; laxum, molleq; est, ac sordidum, sustinet ut vel per acerrimum acetum Lemnia terra in lutosam solvatur consistentiam, aliorum more pastillorum, quorum alius alio utitur: dico autem Polyda, & Prasionis, & Andronis, & qui nunc dictus est, quem Betinum vocant. Siquidem hi omnes valenter desiccantes prosunt ulceribus contumacibus, soluti interim quidem in vino dulci, interim sapa, interim anomelite, nonnunquam etiam alborum vinorum quopiam, aut fulvorum, aut flavorum, prout nimirum usus postulat. Nam de talibus alibi desinetur. Similiter verò quandoq; solvuntur aut ex aceto, aut vino, aut aqua, aut oxymelite, aut oxycrato, aut melicrato. Porro Lemnia terra ex aliquo comprehensorum soluta, medicamentum fit idoneum tum recentibus glutinandis vulneribus, tum medendis inveteratis, agrè ad cicatricem venientibus, & contumacibus. Haecenus de Lemnia terra Galenus. Ex cuius quidem verbis facillè conspici potest, Lemniam terram, quam ad nos hoc tempore convehunt mercatores Turcici characteribus obsignatam, illegitimam esse, & minime sinceram. Quandoquidem constat Gal. testimonio, Lemniam sphaeragidem impensè rufescere, non autem subrufescere vel potius subalbescere, qualis hac visitur, quam passim pro legitima, sinceramq; circumferunt impostores. Quamobrem eorum sententiam non omnino improbandam censemus, qui nil aliud esse Lemniam terram putant, quam bolum Armenium, qui officinis seplafiorum Orientis alius cognominatur: praefertim quod compererim (si vera fatentur negotiatores, qui mecum locuti sunt) bolum hunc non advehi ex Armenia, ubi legitimum sincerissimumq; Armenium lutum nascitur, sed etiam ex insula Lemno. Siquidem Armenium lutum quod bolum quidam vocant, praeterquam quod ex Armenia adferri debeat, si Galeno medicorum Principi credimus, colore est pallido ochrea instar, non autem impensè rubro. Id quod ipse Galenus lib. 9. simplicium medic.

Lemniz
terre dif-
ferentia.

Lemniz
terre vi-
ta.

Lemniz
terra cō-
ferur Bo-
lus Ar-
menus.

in Sa-

in Samia terra mentione testatur, his verbis: Caterum durante hac immani, & gravi pestilentia, ex Armenia ea quae Capadociae finitima est, data nobis est terra, etiam siccantior, colore pallido. Lapidem, qui donat, non terram appellabat: promptissimeque, in lavorem solvitur, seu etiam calx: sic enim videlicet nuncupo petram combustam. Verum uti nec in illa arenosum quippiam admixtum est, ita nec in Armenia. Nam posteaquam in mortario pistillo comminuta est, adeo est levis, nec plus est lapidea, quam aut calx, aut Samius aster: tamen si non aequo ut aster levis est. Itaque, illo etiam magis conspissata est, minusque, acria: quam obrem opinionem, ac phantasiam praebet, qui negligentius intuentur, quasi lapis esset: hac Galenus. Ex quibus sane perspicuum sit, quod Armenia terra, sive lapis, vel lutum, ab Armenio bolo orientali vulgo vocato, quam maxime distet. Caterum ad Lemniam terram redeunt, quantum ex literis Doctoris Stephani Albacarii, qui Lemnum Insulam serè totam circumvit, à clarissimo viro Augerio de Busbeke Constantinopoli mihi transmissis, intelligere possum, locus, ubi nunc terra Lemnia invenitur, nihil prorsus similitudinis praese ferre videtur, quod cum Galeni historia conveniat. Siquidem Albacarius, ad Augerium, qui cum in Lemnum hac tantum de causa ablegavit, ita de terra Lemnia scribit: Qui Insulam hanc incolunt Graeci, dicunt nullibi in universa Insula Lemniam reperiri terram, nisi hoc in colle, ubi nunc effoditur, nec unquam se intellexisse ajunt superioribus seculis alibi fuisse reperi, neminemque haberi suae gentis scriptorem, qui aliter de ea posteritatis memoria commendaverit. Verum non ob id facile credam, ex hoc loco, Galeni aeo, terram hanc effodi solitam. Quippe quod collis descriptio in qua terra hac habebatur, apud Galenum huic minime correspondeat. Siquidem Galeno collis est combusto similis, fulvus totus, & in quo neque arbor neque saxum, neque plantae nascitur, sed tantum Lemnia terra refertus est. Atqui contrario serè modo collis se habet, in quo ejusmodi terra nunc foditur. Nam in praesertim locus, ubi hujusce terrae fodinae habentur, lapides adeo magni reperiuntur, ut ex eis pistrinaria mole parari soleant. Collis praeterea nusquam combusto similis apparet, nec ullum fulvi coloris in eo vestigium videtur.

20 Ferris est totus, & arborum, plantarum, & frumentaceorum ferax. Cum enim ab incolis diligenter colatur, copiosum tritici & leguminum, praesertim faveolarum, proventum affert. Idem orientalem plagam respicit, & apud vicum quendam situs est quem Repondi vocant. Terra autem Lemnia foditur in montis cacumine, quod in planitiem se extendit. Fodina ibi sunt tres, quarum duae, è quibus superioribus temporibus Lemnia terra effossa est, corruerunt, & in totum deleta sunt. Tertia autem, quae putei modo in colle descendit ad Septentrionem vergit. Ad ejusdem collis radices, tres impidissima aquae scaturiunt fontes, quorum duo, qui minores sunt ad Septentrionalem plagam excurrunt. Tertius vero, qui amplior est ad meridiem progrediens, viridarium quoddam irrigat. Hac in parte antiquum parvumque, extat sacellum, pluribus in locis dirutum, ac ubique detectum (Sotiram hoc vocant) quo Metropolitani sacerdos una cum duobus Caliris (ita praesbyteros vocant) accedit eadem die, quo terra effoditur, & ibi Jesu Christi Salvatoris nostri transfigurationem in monte Tabor celebrant, suas canentes psalmodias. Verum id non faciunt aliquam ob superstitionem, quae servari debeat, antequam Lemnia terra effodiatur, sed quod ea die transfiguratio Jesu Christi celebratur. Ad hac quae ibi foditur terra, majori ex parte

30 candicat, aut paulisper subrubet, etsi quandoque, (rarissime tamen) etiam rubro, aureoque colore invenitur, Armenio bolo per omnia similis, cum tamen Galeno in universum Lemnia terra adeo saturata rubescat, ut a rubrica nihil colore differat: quae quidem rubrica, quae utuntur fabri ad lineas ducendas, in nonnullis Insulae locis etiam hoc tempore è fodina eximitur. Sed hac Lemnia terra Galeni esse non potest, cum tangentes rubro colore inficiat. Hac itaque me adducunt ad credendum, quod aut ex alio colle Galeni tempore desumpta sit, qui tam longo temporis tractu, aut terra motu, aut pluviarum inundatione corruerit, ut in aliis quoque locis factum esse scimus, aut quod idem collis, cultorum diligentia, ac laboribus faciem, & naturam omnino immutaverit. Nam inter ceteras sylvestres plantas Chamaeaeon albi plurimum profert. Effoditur terra hoc aeo quotannis non absque quadam superstitionis nota, cum sexta tantum Augusti die ad hoc obeundum munus accedant, sibi cerè persuadentes, nullo alio tempore reperiri posse, quae viribus praestet. Qui fodiunt, Graeci sunt, sed assistantibus Turcis, nempe Insula Praefecto, quem Varodam vocant, & aliis ex primariis, qui Imperatoria munia obeunt.

40 Verum non usque adeo fossores, qui in puteum descendunt, observare possunt, quin si effossa terra aliquid abscondant. Sed mirum est, quam suavem odorem puteus ille spiret. Caterum non omnis, quae in puteo habetur, terra bona est. Quo fit, ut eam, quae inter fragiles quosdam lapides pinguis, lentaque, delitescit, tantum recipiant, eamque, praesertim, quae calculorum sit expers. Fodiunt à solis exortu sex continuis horis, & deinde eam tantum in imam putei partem occludunt, quam annuatim fodere solent, nec referant, nisi ad statutam futuri anni diem. Namque legibus cautum est, capiti poena, ne quis illuc clam, vel palam fodiendi causa accedere audeat. Verum non multum ejusdem terrae effodiunt, cum fodinae ambitus non nisi paucos fossores admittere possit. Id deinde selectissimam terram, quod exemerunt, diligenter eluit quidam, huic muneri obeundo designatus. Ea elota in suspensos aliquot transfertur saccos, ibique, tam diu manet, quousque, tota effluat aqua. Ex-

50 Terrae Lemniae locio.

empram deinde manibus miscent, eamque tandem in majores, minoresque globulos singentes, Imperatorio sigillo obsignant. Demum siccare sinunt, & totam Constantinopolim in serinio, eodem sigillo ocluso, ad magnum Turcarum Imperatorem mittunt. Terra hac in Lemno nusquam venalis reperitur, quod in nullius arbitrio relinquatur. Nam et si permittatur, ut Insula praefectus, & alii quidam primates nonnihil ob signata terra sibi accipere possint, nemini tamen vendere audent, sed tantum amicis donant. Hoc idem facit, qui terram lavat, cui ex lege sacculus donatur, sed hac principi sigillo non insignitur. Nec ille: quae optimis materiae medicae studiosis, consideranda relinquo. Sed animadvertendum est, quod non desunt impostores, qui terram hanc adulterent, & pro legitima vendant. Ego ex officina Rustani Bassani aliquot sphragidum globulos acceptos mihi pro thesauro assero quorum aliqui albi sunt, aliqui rubent, & nonnulli humane carnis colorem referunt. Nec ob coloris diversitatem fraudem aliquam vereor, cum ipse Albacarius fateatur, reperiri terram hanc ejus omnibus coloribus infectam. Verum quandoquidem in ARMENIAE terra sermonem devenimus, non alienum fuerit, ejus etiam vires referre ex Galeno, qui eas loco nuper citato in simplicium medicamentorum censu subdidit, sic inquit:

60 Armenia terra, quod summe deficet, ad dysenterias, & ventris profluvia, tum sanguinis expuitiones, catarrhos ad haec ad putrescentia oris ulcera in primis competit. Quin & eos magnifice juvat, quibus ex capite in thoracem fluxio decumbit: quam obrem illis, quibus ex tali occasione assidua difficilis est anhelitus, valde prodest. Sed & eos, qui phthoe laborant, Armeniæ terra seu boli vires ex Gal.

quae juvat, ulcus enim eorum deficcat, ut haud etiam rursus, nisi in victu peccetur non leviter, aut ambiens derepente ad intemperiem recidat. Ac mihi videtur, quod sicut in fistulis saepe conspeximus, non in aliis partibus duntaxat, sed in ipso etiam ano, ut citra collyrii immisionem, quod sordem, aut callum auferent ipso duntaxat exiccante medicamento, contra-

heretur, ac clauderetur, ita quoque, in pulmonis eveniat ulcere. Siquidem & ipsum ab exiccantibus juvari medicamentis perinde conspiciatur, utique, cum mediocre est, non admodum magnum. Itaque, visi sunt quidam eorum, qui talia habebant, prorsum liberati. Ac quidam qui Roma in Libyam talem ob causam profecti sunt, planè se sanos esse credidere, & sane usque ad annos aliquot inculpare transigebant: postea verò, cum non pari degerent cura, & cautione, reditus morbi

apparuit. Eos ergo, ut dixi, bolus armenia evidenter adjuvit. Quin eos qui Roma agunt, qui assidue difficultate spirandi discruciantur, magis etiam. Porro in magna hac peste, cujus eadem facies fuit atq; ejus, qua Thucydides memoria grassabatur, quotquot hoc medicamen bibere, celeriter curati sunt. At quibus non profuit, omnes interiere, scilicet cum nec alio quovis juvarentur. Unde colligitur, quod si duntaxat non fuerit auxilio qui plane erant incurabiles. Caterum bibitur ex vino consistentia tenui, modice diluto, si aut plane febris careat, aut leviter ea teneatur: si gravius febricit, admodum aqueo. Non tamen calore vehementes sunt febres pestilenciales. Porro de ulceribus resicari posulantibus quid attinet dicere, quantam vim habeat bolus hac Armeniaca? Liberum est autem utcumq; appellare velis, sive lapidem, ut is qui mihi donavit: sive terram, ut ego, quandoquidem humidis rigari patitur. Haecenus de Armenia bolo Galenus. Sed quoniam Lemnia sphaeris, & Armenia terra, quod venenis maxime resistent, mihi in mentem redegerunt lapidem, quem Arabes suo idiomate Bezahar vocant, & contra deleteria medicamenta miris admodum laudibus celebrant, hic locus opportunus nobis visus est, in quo de hujus lapidis historia, ac viribus aliquid disseramus. Lapis itaq; BEZAHAR. Mauritanorum testimonio, antidotum est omnium praestantissimum, sua speciali dote, contra omnia in universum venenaria: utpote qui non modo haustus, sed etiam ad alligatus, ita ut nudam sinistri lateris carnem contingat, omnia superet venena. Lapis hic plurimum est generum, nempe flavus, pulverulentus, qui ex albo virescat. Praestantissimus est flavus, deinde pulverulentus. Verum enimvero diligenter inspicere oportet, ne impostorum fallacis decipiantur, qui hos lapides inquirunt. Sunt enim nonnulli alii lapides, qui hos facie representant, sed viribus nulli praeferendi. Hunc Rasis experimento ductus, miris extulit praecentis, ita de eo scribens, Lapis Bezahar est mollis, colore flavo, sapore nullo. Cuius peculiaris vis est, ut venenis omnibus advesetur, quandoquidem ego contra haustum napellum hoc lapide usus sum felici admodum successu. Erat autem hic colore flavo albicante, levis & luminis modo splendens. Equidem certo testari possum (hoc enim pluribus experimentis compertum habeo) lapidem hunc longe magis praestare adversus deleteria venena, quam cetera non modo simplicia hujusce facultatis medicamenta, sed etiam iheriaca dicta, & alia quavis antidota. Subdit praeterea Abdalanarab. Lapidem, quem vocant Bezahar, jam ipsi vidimus apud filios Almirama custodis legis Dei: pro quo lapide in magnificam, ac propere regiam eadem Corduba rependit, initio belli. Lapis hic (ut diximus) ita viribus contra venena omnia pollet, ut non solum haustus duodecim granorum pondere, sed vulnere impositus a mortiferis quibuscumq; feris illos statim liberet: veneno sudore expulso. Idem pariter juvamenti adfert, si ore aliquo tempore sugatur. Verum lapis hic inventu difficilis fuerit, quod non de sint paribus notis lapilli, qui tamen nullam vim habent adversus venena. Sunt etiam, qui memoria prodiderint, in cervorum oculorum angulis lapidem gigni, viribus Bezahar praedito haud absimilem. Ajunt enim in orientali plaga cervos longo senio confectos serpentes devorare, quorum esu (si vera scribunt) rejuvenescunt. At venenis superandi causa, serpentibus devoratis, in fluviorum aquis cervos illos mergi tradunt, capite tantum extra aquas exerto. In autem sic permanentibus, humorem quendam lentum ab eorum oculis defluere, qui tandem solis ardoribus in lapillos imbi concrevit, glandium imaginem referentes. Hic itaq; lapis ipsis est fluminibus egredientibus, ab eorum oculis (ut ajunt) statim decidit in humum ubi ab eis facile reperitur, qui rem omni diligentia observant. Sed an hac historia vel fabula dici mereatur, rerum naturalium studiosis, & peritioribus judicandum relinquimus. Caterum de admirandis Bezahardi lapidis adversus deleteria venena viribus, & speciatim contra Napelli immanitatem, superius in quarto libro de ipso Napello differentes fusius diximus, & quae vidimus retulimus. Terra Gracis λευκία γη, seu λευκία γη, & εφεξής; Latini terra Lemnia, turrica, & Lemnium sigillum nominatur: Arabibus, Terimachtim seu Thimmachtim: Itali, Terra Lemnia: Hispani, Tierra sellada.

Lapis
Bezahar
histor. &
vires.

Lapis in
oculis
cervorum
natus.

Nomina.

Χάλκανθος.

ATRAMENTUM SUTORIUM.

CAP. LXXIV.

Atramentum sutorium genere quidem unum & idem est, molle, & concretum: sed in specie differentias tres habet. Unum namque humoribus stillatim in cuniculos quosdam colatis, concrevit: quare ab iis, qui Cypria metalla conficiunt, stillaticium appellatur. Petesius ipsum pinarion vocat: alii stalaeticon, id est, stillaticium. Alterum simplici ratione fit in speluncis: postea transfusum in excavatos scrobes, concrementum capessit, quod peñon, id est, concretum, proprie nominatur. Tertium dicitur coctile, & in Hispania fieri solet: sed inutile, ac invalidissimum esse constat. Ratio parandi haec est. Aqua madafactum decoquunt, mox in piscinas transfundunt, & residere patiuntur. Hoc certis diebus coalescit, in complures formulas digestum, tesserarum speciem reddentes, quae racematim inter se cohaerescunt. Optimum esse creditur caeruleum, grave, & concretum, translucens: cuiusmodi stillaticium est, ab aliis lonchoton nominatum. Proximum concretum. Coctile vero ad infectus, & denigrationes aptius ceteris esse compertum est: sed ad medicinae usum invalidius esse, experimenta docent. Valer adstringere, calfacere, & crustas inducere: latas ventris tineas necat, drachmae pondere devoratum, aut cum melle linctum: vomitus ciet: adversus hausta fungorum venena, ex aqua potum auxiliatur: purgat caput aqua dilutum, & in vellere naribus instillatum. Uritur, ut paulo post in mentione chalcitis ostendemus.

Orib.
περί φαρμάκων.
lib. 1.
denum,
& putum

Chalcambium, quod Latini Atramentum sutorium vocant, quoniam vitri modo pelluceat, Itali Vitreolum nominant. Duo ejus genera in Hetruria, ac etiam in pluribus Germania locis, unum fossile, per sese in terra visceribus concretum, quod vulgo appellant Copparosa colore vario. Siquidem crystallo, sapphiro, smaragdo, simile in Germania nativum chalcambium videmus. Alterum factitium, cuius passim est usus, infectoribus expetitur. Praestat hoc plus, minusve tam pro regionum, locorum, ac coli dispositione, quam ipsius fossilis materia, a qua arte conficitur. Veruntamen compertum est Romanum cognomento (quanquam colore constat dilutius) cetera factiti genera praecellere. Secundum locum obtinet Cyprium, tamen si huic apud antiquos palma. Quod autem e Germania adfertur, omnibus in Italia infirmis habetur: sed quod sit colore caeruleo, nonnullos fallit. Ceterum chalcambi materiam, quoniam gustantibus linguam vellicet, aspero, adstringentiq; sit sapore, putaverunt quidam sulphureus, ferreus, ac arcis constare qualitatibus quinetiam aluminis, nitri, salisq;. Chalcambi vena, quae foditur in agro nostro Senensi pluribus sane locis praesertim maritimis in sylvestribus plerumq; vallibus, terrea potius, quam saxea visitur, colore subcinereo, maculis nonnullis respersa, quarum alia ferri rubiginem, alia arginem, colore referunt. Hac dum foditur, fetidum, graveolentemq; balium erant,

Chalcambium ut
fodiatur.

Etat. sulphuris ferè instat, quam ob causam in conclusis, concameratisq; cuniculis nusquam foditur, sed aperto undiq; cœlo. Quippe si in subterraneis foderetur speluncis, met allorum modo, ob acerrimum, fortissimumq; vaporem, fossores noxio concluso spiritu facile interirent. Effossam itaq; chalcanti venam in acervum in longitudinem protractum, quandam super aream exaggerant, ubi aperto cœlo sex ad minus mensibus, imbris, roribus pruina, solibusq; die noctuq; macerandam reliquunt: quo tempore statutus quibusdam diebus, lignibus & rastro acervum dilacerant, subvertuntq; & iterum in eandem congerunt acervationem, ut facilius hac imbris maceretur, coquaturq; solis ardoribus. Post hæc tectum acervo superponunt, ne amplius in posterum pluvius diluatur, neq; solibus plusquam par sit, inarescat: & ita alius sex mensibus materiam hanc fermentari patiuntur. Eligunt deinde locum, quò facilius è propinquis fluvii, vel fontibus ducantur aqua: ibiq; sub constructo recto foditur alveus, qui ligneis asseribus, vel lateribus, & calce adcoëstipatur, ut indita intus aqua nullo pacto prolabi possit. In hunc igitur alveum purissimam aquam deducunt, cui demum tantum illius chalcanti materie addunt, quantum huic negotio additi ministri satis esse censent: postea miscent aliquo tempore ligneis quibusdam instrumentis ad id paratis, quousq; aqua in se omne quod inest chalcanti receperit: deinde excrementa subsidere sinunt, donec aqua chalcanti pro prægnans claritatem concipiat. His præactis foramina quadam prope alvei fundum in latere facta, recluduntur: & inde exiliens aqua in magnum excipitur receptaculum. Hanc itaq; sumunt, & in plumbeos alveos conjiciunt (cetera enim metalla ab ea eroduntur) fornacibus quibusdam superpositos, & igne subdito fervorem excitant. statutus horis. Demum ferri frustum immittunt, vel æris: si quidem ajunt chalcantum nunquam concrescere, nisi hujusmodi imponantur metalla, quæ injecta parvo tempore colliquescent in aquam. Postquam autem debito tempore coxerint, ignem quam primum è fornace eximunt, permittuntq; quiescere decoctum, quousq; egelidum reddatur, ne plumbeus alveus, eo sublato, fornacis calore colliquesceret. Omnibus itaq; præfactis, decoctam materiam eximunt, & in alveolos quosdam ligneos digerunt, ubi tandem concrevit, aluminis ruperi modo fitq; chalcantum. Si verò aliquid supersit decocti, quod concrescere nequeat, id totum iterum recoquunt, eadem servata ratione. Sed longè aliter olim fiebat Cyprum chalcantum, de quo Gal. 1. 9. simpl. med. in hunc modum scribit: Forte fortuna & chalcantum in chalcit in transire conspexi. Asportavi enim ex Cypro & hujus medicamenti ingentem copiam. Eximium ejus omne post annos plus minus viginti chalcitis effectum est, intima ejus parte chalcanti speciem servante. Quamobrem & usq; in hunc diem quod sic mutatur, assero, observans dum ad unum usq; uno quoq; anno procedat mutatio. Ceu chalcitidis in misy, ut est ante positum. Ceterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto vehementissime adstrictioni admista est caliditas non infrenua. Constat ergo quod omnium maxime condire, servareq; carnes humiditas potest, nimirum caliditate humiditatem absorbens, atq; adstrictione substantiam contrahens, atq; constipans: hoc enim opere nonnihil etiam humiditatis ipsius exprimit. Constringit verò, desiccatur, atq; contrahit in sese substantiam carnis. Porro quo tempore in Cypro diversabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi conspexi. Domus erat magna quidem, non tamen alta, ingressui in metallum objecta. Ad parietem autem domus sinistram qui erat ingredientibus ad manum dextram, effossus erat specus in continentem collem, & a latitudine, ut tres sese viri in eo congererent, tanta verò altitudine, ut viro summe procerò recto liceret incedere. Specus hic declivis quidem erat sed non planus, & multo locis præruptus. Porro ad finem ejus quasi in stadium porrecti lacus erat aquæ viridis, & crassæ repentis plenus. At in toto descensu calor similis qualis in primis balnearum adibus percipitur, quas, quod in eis corpora promolliri soleant, promolacteria appellare consueverunt. Aqua verò quotidie guttatim ex pertusa colle destillans, quatuor & viginti horis diei ac noctis, colligi assolet ad amphoras Romanas quasi octo. Eam aquam vincti quidam in urnas quasdam quadratas fictiles in domo ad ingressum posita sitas, efferebant, in quibus paucis diebus concresebat fiebatq; chalcantum. Mihi verò ubi ad terminum effossi specus descendissem, ubi videlicet tepida hæc, viridisq; aqua colligitur, æris odor visus est suffocans, & toleratu difficilis, chalcitidis, arginemq; redolens. Hæc aqua quoque gustu præferbat qualitatē ejusmodi. Ea propter, & nudi, & cum festinatione amphoras vincti exportabant, nec longiorē illic moram perferre poterant, sed celeriter recurrebant. Accensi autem erant medicis in specu intervallū lychni, qui nec ipsi longo tempore durabant, sed celeriter exstinguebantur. Hunc ergo specum pedetentim excavatum multis annis ab eis tunc audivi. Hæc enim, inquebant, aqua viridis, quam vides ex colle in lacum manantem, sensim se ipsa minor effici solet. At ubi prope adest ut desinat, rursus vincti, quod continens est ipsius collis perfodere pergunt: evenitq; aliquando olim, ut subito quicquid perfossum esset, concideret, omnesq; ad unum occideret, ac totam viam corrumpere. Id ubi sit, alio foramine fodiendo eousq; insistant, quoad rursus aqua illis adsit. Hæc habui, quæ tibi de chalcanti exponenda censem, & sanè fortasse non necessaria, ceterum quæ scire præstaret, quam ignorare. Memineris autem, quod ad sinistram manum ingredientibus conspectum nobis dixerim metallum foreos, chalciteos, & misyos: ut ex his conicere liceat, aquam pluviam totius collis terram illam colluere, atq; ablueri, ex qua sponte quidem fiebat sory, misy, & chalcitis: & per fornaces as, cadmia, pompholyx, spodium, & diphyrges. Hæc de chalcanti historia Galenus. Ex quibus palam fit, aquam virentem illam, quæ è monte in speluncam continuo stillicidio defluebat, nil aliud extitisse, quam aquam, annuis imbris in montem illum delapsam. Quandoquidem cum ob sulphureos, met allicosq; vapores, universa montis moles rara effecta, undiq; innumeris meatibus scateret, non sanè mirum videtur, si tractu temporis laberetur in imum, secumq; deferret tenuiores chalcitis, misyos, foreos, tum etiam æraria materia partes: ibidemq; calefieret, ac decoqueretur, sulphureis, bituminosis, alijsq; met allis ignibus in terra visceribus conclusis: adeo ut tandem in cavernam illam descendens, naturæ operæ id fuerit assecuta, quod factitium chalcantum arte consequitur. Eam igitur ob causam in quadratis vasis extra paratis projecta ea viridis aqua, in chalcantum coibat nulla adhibita coctionis ratione. Quinetiam opus non erat ferrum, vel æs in eam injicere liquandum, ut concrederet, quemadmodum in factitio fit chalcanti: quippe quod dum per ærarii mortis meatus laberetur, æris innumera vamenta secum deferret, quæ chalcitidis, & misyos, vi ab ipsa aqua contracta, in eadem liquebant, argumento quod ærginis modo viridi esset colore. Ob id itaq; statuendum fuerit, Cyprum chalcanti hunc concretum esse medicamentum ex chalciti, misy, sory, & ære conflatum. Id quod manifestè declarat Gal. cum ait: Memineris autem, quod ad sinistram manum ingredientibus conspectum nobis dixerim metallum foreos, chalciteos, & misyos, ut ex his conicere liceat, aquam pluviam totius collis terram illam colluere, atq; ablueri, ex qua sponte quidem fiebat sory, misy, & chalcitis: & per fornaces as, cadmia, pompholyx, spodium, & diphyrges. Hoc ego quoq; maxime observavi in quibusdam chalcanti fodinis in Tridentino agro, ubi chalcitidis, misy, soryq; non ambigimus reperiri copiosa. Sed cum hæc non animadvertisset Brasavolus, viri alioqui hujus ætatis clarissimus, dum imprudens Galenum accusare contendit, ejus sanè seipsum magis accusat. Quandoquidem ubi Galenum sibi exanimandum proponit, eo scilicet loco, in quo scribit chalcantum è Cypro à se advectum, tractu temporis consenscens, factum esse chalcitidis, dicit & factitium vulgare nostrum illud idem efficere: verumtamen si in aqua resolvatur, iterum in chalcantum concrescere: quod manifestè indicat in veram

Kkkk 4

non trans.

Chalcanti viree, & hist. ex Gal.

Chalcanti colle-ctio in Cypro.

Chalcantum Cyprum, constatū est medicamentum. Brasavolus, Galeni accusator, seipsum magis accusat.

non transisse chalcitum, afferens hoc non expendisse Galenum. Verum in hoc videtur Brasavolus Galeni verba haud recte percepisse, cum inquit, quod aqua, ex qua Cyprium fiebat chalcantum, terram universam diluebat, e qua chalcitis, misy, soryq, fiebant in terra visceribus. Siquidem nil aliud dixisse voluit Galenus, quam quod chalcantum efficitur, mirum sane non est si ea qua tractu temporis sit ex chalcantio, eundem praebeat effectum. Neg, his obstat, quod quis dicat Cyprium chalcantum non solum ex chalciti fieri, sed ex misy simul, & sory. Quandoquidem (ut in proximo commentario dicemus) tria haec, chalcitis, misy, sory, ex ipsius Galeni sententia, ejusdem tum generis sunt tum etiam facultatis. Chalcantum sponte, & per se in terra visceribus conflatum, visu sane pulcherrimum misit nuper ad me Tridento Martinus Guidottinus diligens peritusq, pharmacopola, in plures laminas per universam massam dissectum a misyos laminis aureis scintillis fulgentibus, quae illas unam ab altera dividunt. Quod sane maximum praebeat indicium, chalcantum hoc nil prius extitisse, quam chalcitum, quae Galeno teste, misy semper superstat. Caterum illud nil miri nobis adfert, quod commendaverit Dioscorides chalcantum potum ac devoratum ad latas alvi tineas, & ad fungorum venena, ei si medicamentum erodens, & septicum facultatis habeatur. Siquidem ad eosdem, & alios usus hoc tempore non modo chalcantum ipsum quidam potui exhibent in pestilentia: sed etiam ejus oleum, quod chymistae vitreis organis magna ignium vi ab ipso chalcantio eliciunt, nullo sane incommodo, sed magno jramento: quin etiam (ut ego expertus sum) datur commodissime semisrupuli pondere ex aqua agrimonii calculosis, & ad ciendam remoratum urinam: Astmaticis quoq, & suffisiosis perquam belle convenit, ex Tusilaginis, aut hyssopi decocto: limosos, rubiginososq, dentes purgat, & nitidos reddit: ulcera maligna, & sinus injectum curat. In summa ad multa utile est medicamentum. Qui illud in peste propinant, quod vulgo vocant Copparosa, in aqua rosarum dissolvunt, & iterum cogunt, reiteratis tribus, aut quatuor vicibus: dantq, Nomina. obolum, vomitum concitantes. Quod Graeci χαλκανθρον. Latini quoq, Chalcantum, & Atramentum sutorium vocant: Mauritan. Calcantum, Calcant, Calcand, seu Alcalcadis: Itali, Vetrolo: Germani, Kupfferwasser: Hispani, Caparosa: Galli, Coperose.

Oleum
chalcanti.

Χαλκίτις.

CHALCITIS.

CAP. LXXV.

Chalcitis praefertur similis aeri, friabilis, nec lapidosa, nec inveterata, intercurfantibus oblongis venis, splendentibusq. Huic absterforia vis inest, exsalfaciens, & crustas ulceribus obducens: purgat, quae oculis & eorundem angulis haerent. In genere leviter erodentium est. Ad ignem sacrum, & ulcera, quae serpunt, efficax est. Sanguinem e vulva, & naribus erumpentem, cum succo porri sistit. Gingivarum vitia depascentia ulcera, tonsillasq; ejus farina compescit. Usta & cum melle trita, oculorum medicamentis longe utilior redditur. Callum genarum & scabritiam absumit, abstergetq. Fistulas tollit, collyrii modo in eas adaeta. Fit ex chalcite medicamentum, quod psoricon vocant, duabus ejus partibus cum una cadmiq additi, & ex aceto tritis: oportet autem in fictili obruere simo diebus quadraginta, per caniculæ ardore: sic enim fit acrius: idem quod chalcitis potest. Alii pares utriusq; portiones in vino terunt, & eadem prosequuntur. Uritur chalcitis fictili novo vivis carbonibus superposita. Modus autem ustionis in humidioribus est, dum ipsa chalcitis bullas excitare desierit, & perfecte inaruerit: in reliquis vero, dum mutata in floridum colorem fuerit, & sanguineum aut miniatum colorem contraxerit, tum demum eximenda est. Infidens autem spurcitia flatu expellenda, mox reponenda. Torretur etiamnum perflatis carbonibus, usq; dum luteo colore palleat: aut fictili subditis candentibus prunis, lubinde versata, donec igni conflaret, & colorem mutet.

Psoricon.

Μίσυ.

MISY.

CAP. LXXVI.

Misy assumendum natione Cyprium, auri simile, durum, quod friando auri colorem imitatur, & stellae modo splendet. Vim habet, & ustionem, cum chalcitide eandem, praeterquam quod psoricon ex eo non conficitur, excellus, defectusq; ratione tantum differens. Aegyptium autem caeteris praestat, utpote quod efficacius habeatur, sed ad ocularia medicamenta multo supradicto inferius.

Μελαντήρια.

MELANTERIA.

CAP. LXXVII.

Melanteria geminae est originis: quaedam in faucibus cuniculorum, quibus aë eruitur, salis modo concrevit. Alia vero in summa facie supradictorum locorum coit, quae terrena est. Quinetiam invenitur in Cilicia, & aliis quibusdam regionibus, fossilis quaedam. Praestat quae sulphuris colorem trahit, laevis, pura, aequabilis, & quae contactu aquae confestim nigrescit. Vim causticam eam obtinet, quam & misy.

Σόρυ.

SORY.

CAP. LXXVIII.

Sory existimarunt aliqui melanteriam esse, aberrantes: siquidem sui generis est sory, ei non ab simile. Verum forei virus inest grave, & nauseam movens. Invenitur etiam in Aegypto, & aliis quibusdam regionibus, ut in Libya, Hispania, & Cipro. Praefertur Aegyptium, quodq; frianti nigrius apparet, in multa foramina dehiscens, subpingue, insuper adstringens, & olfactu devorationeque magnum virus olens, ita ut stomachus in vomitiones effundatur. Quod autem friatum scintillas misyos modo non emittit, & alterius generis esse, & invalidum, censendum est. Vim & ustionem supradictis similem habet: dolori dentium cavernis inditum medetur: eosq; labantes firmat: ischiadicis ex vino infusum auxiliatur: illitum cum aqua, varos extinguit. Medicamentis admiscetur, quae capillos denigrant. Haec autem ferè omnia, & alia, quae ustionem experta non sunt, perustis validiora esse existimantur: praeter salem, & vini facem, nitrum, calcem, & consimilia, quae cruda remissiora sunt: combusta enim viribus efficaciora redduntur.

Tametsi

Tamet si antea scripserim Chalcitum, Misy, Sory longis jam seculis latuisse, adeo, ut perpauci, vel potius nulli essent in Italia, qui hac legitima se vidisse affirmarent. postea tamen, & ipsius Chalcitis & Misy quoz plurimum, ex ducatu Brunsvicensi ad me allatum est, dum hic Praga sum in Aula Serenissimi Archiducis Ferdinandi. Atqui primus Misyos frustum sane pulcherrimum, aureis emicans scintillis, quin & Chalcitidum, & Soryos, quibus etiam chalcantimum adiunctum erat, misit ad me Tridento Martinus Guidottinus pharmacopola, rei barbaria & metallica studiosus. Inventa autem hac sunt in quibusdam chalcanti his sodinis in Tridentino agro. quibusdam montibus non longe à Levigo Pago. Verum legitimum Melanteriorum jamdiu invenimus in compluribus met allorum tumulis. Porro putat Musa, Brasavolus, medicus nostri temporis celebris, chalcantimum nobis Romanum vocatum, verum esse Misy, quod tamen veritati, & rationi maxime repugnare videtur. Quandoquidem præter id quod aurum colore minime imitatur, minusq, cum frangitur, aureis fulme repugnare videtur. Quandoquidem præter id quod aurum colore minime imitatur, Galeni testimonio, Misy scintillum non esse get scintillis, sed vitream tantum refert substantiam, palam certe omnibus est, Galeni testimonio, Misy scintillum non esse medicamentum, sed sponte & per se factum in terra visceribus. Ipse enim lib. 9. simplicium medicamentorum, de chalcantio scribens inquit: Meminerit autem, quod ad sinistram manum ingredientibus conspectum nobis dixerim met allum foreos, chalciteos, & misyos: ut ex his conjicere liceat, aquam pluviam totius colis terram illam colluere, atq, ablueri, ex qua sponte quidem fiebat sory, chalcitis, & misy: & per fornaces as, cadmia pompholyx, spodium, & diphryges. Præterea idem de sory, chalcitide, & misy differens testatur (ut latine inferius patebit) dum in eorum ingrederetur met allum, quasdam intus se conspexisse veluti zonas, alias super alias in longum porrectas, numero tres: quarum infima erat ipsius foreos, super quam erat altera chalciteos, suprema verò misyos. Id quod manifestè ostendit, tria hac sponte in terra visceribus fieri, non autem ullo artificum ingenio, ut Romanum chalcantimum fieri nemo non intelligit. Constat præterea nullam scintilli chalcanti speciem esse posse misy, quod scripserit Galenus chalcitini transire in misy, non autem misy in chalcitin. Idcirco cum Galeni testimonio, & vulgari experientia omnibus perspicuum sit, non tantum Romanum chalcantimum, sed omne, cuiuscumq, generis tractu temporis degenerare in chalcitin, nullo pacto fuerit censendum, Romanum chalcantimum esse misy. Unde rectius fortasse dicere potuisset Brasavolus, chalcantimum soryos magis speciem referre, quam misyos. Nam (si tanta auctoritatis apud doctissimos quosq, medicos fuerit Galenus) quemadmodum chalcitis vertitur in misy, ita & sory transiit in chalcitin. Sed ut omnibus huiusce facultatis studiosis hac admiranda natura vis clarius innotescat, audiant, quæso, Galenum de re hac differenter in lib. 9. simplicium medicamentorum his verbis: In metallo Cypri, cuius modò mentionem feci, in montibus Solorum, domus erat ingens, cuius ad parietem dextrum, sed ad nos utiq, qui ingrediebamur, sinistram, introitus erat in ipsum met allum, in quo quasdam conspexi in longissimum porrectas veluti zonas, alias super alias numero tres: infima erat ipsius foreos, super quam erat altera chalciteos, suprema misyos. Ceterum id temporis præfectus metalli his commonstratis: Sicut, inquit, nunc advenis in cadmia fornacaria inopia, ita horum trium admirandas hæc vides divitias. Itaq, ego cum ejus multum accepissem, primum quidem in Asiam, deinde Romam attuli, & usq, modò habui, elapsis jam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum fuit hoc opus ad usq, octavum librum, ante annos viginti, nec adjectus fuit nonnullus, partim quod lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negotia, quæ mihi interea temporis obvenere. Nunc autem cum nonum hunc librum ceteris addere pararem, interea fortè fortuna mihi accidit res spectari longè pulcherrima, ac si quispiam eo studio, ac industria magno cum artificio effecisset. Nam cum misy opus haberem, ad medicamentum quodpiam præparandum, bolum ejus accepi, quam fere plena manu teneas, qualem sanè consistentiam misy non admodum solet habere, cum in parva frustula dividatur. Miratus itaq, insolitam ejus condensationem, bolofacta extrinsum quidem misy circumquaq, reperi, ejus quod intus erat, velut efflorescentiam. Porro sub eo inter chalcitin videlicet, & misy, quiddam erat medium vergens ex chalcite ad misy ex dimidio jam commutatum: principio enim bolus fuerat chalciteus: ceterum quod in alto erat, perfecta erat chalcitis, nullam dum alterationem experta. Hoc igitur ubi vidissem, cogitatione repetens, & in metallo ita super chalcitin nasci ipsum misy, ut arugo super as, in mentem subit inspicere, quod servabatur adhuc apud me reliquum ipsius foreos, nunquid & ipsum ullam accepisset mutationem in chalcitin: & nonnihil certe apparuit suspitionis, ut videretur & ipsum fortè longo tempore mutationem in chalcitin posse accipere. Itaq, mirum non est tria hac medicamenta ejusdem genere facultatis esse, sory dicto, chalcitin, & misy, tenuitate, & crassitudine partium inter se diversa. Crassissimum enim est inter ipsa sory, tenuissimum misy, mediam utriusq, facultatem habet chalcitis. Adurunt universa hæc tria, & escharas quas vocant, efficiunt. Attamen etiam si urant, nonnihil quoz, adstringunt. Ceterum misy ad motum carnis duris, minus chalcite mordicat, tamen si ea non minus sit calidum: verum id habet, quod tenuium partium essentia sit. Porro cum utraq, hæc in decoctionibus funduntur, & magis chalcitis quam misy: sory tamen non liquefit, nimirum quod lapidosius sit, ac vehementius compactum, sicut rursum misy, quia à congenito calore elaboratius est, ac proinde siccius chalcite, idcirco merito quoz, egrius liquefit. Et libro 4. de compositione medicamentorum per genera, idem Gal. ita scribit. Misy, & sory, ut didicisti, chalcitidi genere cognata sunt, ex una ut dicam radice producta, tenui tamen apparet misy, ac minus mordax & urens, crassius sory est, & utroq, siccatur imbecillius. XXXIII. ut Græcis ita etiam Chalcitis Latinis dicitur: Arabibus, Colcorat, seu Chalcichorat: Italis, Chalcitis. Misy vero Græcè, Misy item Latine vocatur: Arabicè, Zeg sive Zagi: Italicè, Misi. Quæ deinde Græcis χαλκίτης, Melanteriora pariter Latine appellatur: Arabibus, Bitirias, & Maltina: Italis, Melanteriora. Quod deniq, σόρυς Græcè, Sory similiter Latine dicitur: Arabicè, Surie, Alsurie, seu Alsur: Italicè, Sorì.

Chalcitis, mīly-
os, loré-
os & mē-
lanterizē
confid,

Brasavoli
error,
Chalcanti
thū Misy
esse sta-
tuentis.

Milfon,
& cognā-
torū hift.
& vires
ex Gal.

1 - Nomina,

Διφρυγές.

DIPHRYGES.

CAP. LXXXIX.

Diphrygis tria genera esse creduntur. Quoddam enim metallicum est, quod in Cypro sola gignitur: lutosum namq; extrahitur ex luto cuiusdam inibi specus: extractum sole siccatur, mox circumpositis
60
tis sarmentis uritur: diphryges ideo vocatum est, quod & à sole, & à sarmentis uratur, arescat, & ferme torreatur: alterum perfecti aeris quasi subsidens sæx est: siquidem post frigidæ aquæ offusionem, ut supra retulimus, cum de flore aeris disliceremus, sublato ære, fornacum ima parte coherens id genus invenitur, & adstrictionem, & gustum æris habens. Tertium sic fit. Lapidem pyriten, ut calcem multos dies cremant in camino: cumq; colorem rubricę contraxerit, eximentes recondunt. Quidam tradunt hoc ex sola materia, quæ lapidem æris gignit, fieri: quando in dictis areis assata, & in scrobes tumulata peruritur, tunc enim ambientem scrobis locum comprehendit, & exemptis lapidib; nihilominus invenitur. Præfertur, quod saporem æris reddit, æruginisq; adstringens, & vehementer exiccans linguam: quod sibi exusta ochra non vendicat, quæ cremata diphrygis vice venit. Vis ejus adstringere, perpurpare, exte-
gere, sic

gere, siccare, excreſcentia conſumere, ulcera ſerpentia, & quæ cacoethe vocant ad cicatricem perducere. Suppurationeſterebinthina, aut cerato exceptum diſcutit.

Diphrygis genus illud, quod perfecti aris quaſi ſubſidens fax eſt, poſt frigida aqua oſuſionem, ut Dioſcorides inquit, ſepe ac ſepius vidimus in arariis ſornacibus, Tridentino agro, & comitatu Tirolenſi, ac inde etiam nobiſcum deſulim. Sed quod è luto in Cypro illo ſpecu foditur, uriturq; ſarmentis: quod item è pyrite lapide calcis modo exuſto conſtat: quod denum ex ſola aris materia ſit, cum in areis aſſatur, & ſcrobis translata perurit, hæcenus mihi videre non licuit: nec eorum, quod ſciam, ſpeciatiim meminit Galeus, qui l. 9. ſimpl. med. de Diphryge in hunc modum diſſeruit. Diphryges miſtam habet tum qualitatē, tum facultatē: habet enim in ſeſe quiddam & mediocriter adſtringens, & mediocriter acre: quamobrem ulcerum rebellium optimū medicamentum eſt. Convexi autem & huius medicamenti vim ingentem ex Cypro Solis, ubi met allum ab urbe abeſt quaſi triginta ſtadiis. Projeclum erat enim in medio ſpatio ædium, quæ ante metallum extructæ erant, & vici, qui ei ſubiacet. Cæterum præſectus, ac procurator met allī, id quod poſt eadmiām reperiretur, eſſe dicebat inutile, itaq; abjici, non ſecus atq; uſtorum in focolignorum cinerem. Verū hoc mihi ad multa utile factum eſt medicamentum, tum ad putreſcentia oris ulcera, ſive per ſe, ſive cum melle, cui detracta ſit ſpuma, tum ad anginam, videlicet ubi jam per adſtringentium medicaminum auxilium conſtitit, quod inſuebat. Præterea columellam ubi præſecuiſſem, ipſo ſolo, & ſtatim, & uſq; ad cicatricem ſum uſus: ac frequenter exacte ocluſam efficit cicatricem tum huius particula, tum omnium adeo exulceratorum: ſic in ulceribus omnibus pudendorum, atq; ani. Uſus autem ſimilis eſt in oris ulceribus: ſiquidem ea partes eiſdem ſerē medicamentis gaudent, nimirum calida ſimiliter, & humida. Et libro 4. de compoſitione medicamentorum ſecundum genera ſic inquit: Porro Diphryges appellatum pharmacum ulceribus ægrè humiditatis vitio ad cicatricem venientibus aptiſſimum eſt: valde namq; ſiccatur, eſt modicè mordeat. Enimvero id quoq; præter acrem tum qualitatē, tum potētiām vim habet adſtrictoriam. Quod Græcis *Διφρυγες*, Latinis item Diphryges: Arabibus Diphrygis, Italiſ Diphryge nominatur.

Auripigmentum.

AURIPIGMENTUM.

CAP. LXXX.

Auripigmentum in eiſdem metallis, quibus ſandaracha, gignitur. Optimum exiſtimatur cruſtoſum, aureo colore micans, nulli materiæ permiſtum, in ſquamas fiſſile: quale in Myſia Helieſponti naſcitur. Huius duo genera fluxerunt: unum ſuprà dictum eſt. Alterum glandis effigie, pallidum, colore ſandaracham imitans, gleboſum ex Ponto, & Cappadocia deſertur: quod etiam ſecundum locum tenet. Torretur in teſta nova, vivis carbonibus ſubjectis, aſſiduoq; verſatur, donec igne flagret, & mutet colorem: deinde refrigeratum, tritumq; reconditur. Vim habet adſtrictoriam, & erodentem. Cruſtas cum vehementi uredine, & violento morſu excitat: reprimat quæ excreſcunt, & capillos evellit.

Sandarach.

SANDARACHA.

CAP. LXXXI.

Sandaracha probatur ruſa, & a ſaturatior, & aliena materia vacans, friabilis, cinnabaris colore, ſulphuris virus redolens. Dos eadem, & uſtio, quæ auripigmento. Explet alopecias, reſina excepta: & ſcabros ungues cum pice eximit: contra phthiriasin ex oleo efficax eſt: tubercula cum adipe diſcutit. Prodeſt ad narium, orisq; ulcera, & cæteras papularum eruptiones cum roſaceo: item condylomata. Datur ex mulſo, purulenta extuſſientibus: ſufficit quoq; cum reſina, ad verſus veterem tuſſim, rapto per fiſtulam nidore: vocem expedit cum melle delincta: ſuſpirioſis cum reſina in catapotio optime datur.

Auripigmenti, & Sandarachæ conſid.

Auripigmentum, & Sandarachæ, medicamenta ſunt ejuſdem tum generis, tum facultatis, nec inter ſe in alio diſſerunt, quā quod alterum magis alterum verò minus excoctum fuerit in terra viſceribus, ubi gignuntur. Unde etiam ſequitur, quod alterum altero tantum virium tenuitate præſſet. Quandoquidem nil aliud eſt ſandaracha, quā auripigmentum, quod majori natura coctione colorem rubeum contraxit, & tenuiſſimum eſt. Id quod periculo arie factio verum deprehenditur: quippe ſi ſiſſile, vel vitreo vaſe uratur auripigmentum, ſubſtratu candentibus prunis brevi (ut mihi pluries experientia compertum eſt) inflammatur. & ſummè rubentem contrahit colorem, perinde ac ſandaracha: eoq; magis, quod plus caloriſici ignis arte fuerit expertum, quā ipſa ſandaracha natura vi fuerit aſſecuta. Sandaracham ſummè rubentem vidimus primum Venetiis in officiis, ubi auripigmentum, & cæteri venenunt colores pictoribus expetiri. Veruntamen animadvertendum eſt (ut ſuperius libro primo diximus) quod hæc illa vulgaris Sandarachæ non eſt, quā Vernicem ſcriptoriæ officina appellant: ſiquidem nil aliud hæc eſt, quā gummi juniperi. Errorem autem fecere neoterici illi, qui Mauritiorum nomina ſecuti (in enim gummi juniperinum ſandarachæ dicitur) idem gummi ſandaracham nominaverant: ita nomina turpiter conſundentes, ubi imperiti ſape graviter in rebus ipſis errandi præbeant occaſionem. Quamobrem ubi in Arabum monumentis, vel eorum, qui Arabicam ſactionem in omnibus ſequuntur, medicamentum aliquod receptum fuerit, quod Sandaracham excipiat, de juniperi gummi perpetuo intelligendum erit: ubi verò id in Græcis codicibus inventum fuerit, ea quidem ſine controverſia erit aſſumenda, de qua hic diſſeruit Dioſcorides. Vocaverunt præterea recentiorum nonnulli Sandaracham quoq; Sandicem, quā è combuſta ceruſſa conſciunt, quod ſort aſſe hæc colore admodum rubefcat. Sed hæc ab illa (ut ſuprà regulimus, cum de ceruſſa ſermonem haberemus) viribus, & qualitatibus plurimum diſſidet. Eſt & Sandarachæ ceragiſi mellis genus, ſi Plinio credimus, qui l. 11. c. 7. ejus meminit. Cæterum illud non eſt ſilentio prætereundum, quod Arſenicum officiis cryſtallinum vocatum, ideo quod cryſtalli modo pelluceat, non ſit per ſeſe, nec ſponte naſcitur in Auripigmenti fodinis, ut ſcribit Vannocius civis meus in ſua pyrotechnia, qui nos aliàs ejus ſidem ſecutos, in hunc ſuum errorem deduxerat, ſed arte ex auripigmenti ſcobe admiſto ſale: id quod maxime reſtat Georgius Agricola acerrimus ſoſilium indagator, & non ex Realgar, ita Sadacenſi chimico, appellato. Sumunt enim artiſces auripigmenti ſcobem, & cum pari ſalu pondere miſcent, teruntq; ſimul, & ſubinde operculati ſiſſilibus huic operi inſervientibus, ignem vi tam diu coquunt, quouſq; id omne in ſublime feratur, & operculo adhareat, concreſcatq; in lapidem: idq; toties repetunt, donec adeo purum efficiatur, ut cryſtallum referat. Auripigmenti vires reddidit Gal. lib. 9. ſimpl. medicamentorum ſic inquit. Arſenicum, ſive arſenicum facultatis eſt cauſtica, ſive urentis, idq; tam combuſtum, quā uſtionis expers. Cæterum id conſtat uſtione reddi tenuiorum partium. Utuntur porro co, cum adurente ad denudandam pilis

Auripigmenti, & Sandarachæ vires ex Gal.